

cramentalem, ob instrumentorum diversitatem in ipso usu Sacramenti dirimere & divelle-re voluerimus.

Atqui, Panis & Corpus Christi, vinum & sanguis Christi, in eodem Sacramento, eademque actione sive usu legitimo, unita sunt Sa-cramentaliter.

Ergo eodem instrumento accipiuntur neces-sum est, ne diversitate instrumentorum vno il-la Sacramentalis nefariè disrumpatur.

87. IV. Accedit rursus Ecclesiæ primitivæ & Orthodoxorum Patrum autoritas: qui hanc O-ralem manducationem Corporis Christi, à Chri-sto & Apostolis traditam, suis in scriptis passim studiosissimè inculcant & defendunt.

88. August. Serm. 215. de Temp. Videte, in-quit, fratres charissimi, si iustum est, ut ex ORE Christianorum, VBI CORPVS CHRISTI INGREDITVR, luxuriosum carmen, aut simile quiddam, quasi vene-num Diaboli proferatur.

89. Idem l. 2, contra adversarium legis, cap. 9. Nos, inquit. Mediatorem DEI & ho-minum, Jesum Christum, CARNEM su-am manducandam, bibendumque SAN-GVINEM dantem, fideli CORDE at-que ORE suscipimus.

90. Theodoret. lib. 5, bift. Eccl. cap. 18, referat D. Ambrosium ideo noluisse Imp. Theodosium

ad